etiam in vltimo Generali Concilio Laterañensi celebrato, et aliis Conciliis editis, nec non ſtatutis, et conſuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegiis quoq; indultis et literis Apoſtolicis etiam in forma Breuis per Leonem.10. Clementem.7. Paulum 3. Iulium etiam.3. prefatos, ac quoſcunq; alios Romanos, Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Sedem eandem, etiam motu proprio, ac ſciẽtia, et poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorundem, reuocatiuis, reſtrictiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribꝰ, efficaciſſimis, et inſolitis clauſulis quomodo libet etiam, pluries conceſſis, confirmatis, et innouatis, quibuſuis perſonis, et ordinibus in contrarium forſan conceſſis, confirmatis, et innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas Generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda;

benda;